



Q. D. B. V.

DE ORIGINE, ET AUCTORITATE
JURIS FEUDALIS,

AC
JURISPRUDENTIA FEUDALI.

CAPUT I.



Juris nomen polysimum est, atque apud latine loquentes, illos praesertim, qui LL. scientiam tractant, varia significare coepit: quae omnia recensere, nostrum institutum haud patitur. Occupavit illud argumentum *E. Mauritius in Tract. de Juris Publici principiis*, & post alios latisime excusit. Eadem

Juris nomen polysimum:

Et vocabulum Feudi.

fata vox *Feudi*, illaeque, quae ab eadem per flexionem derivantur, patiuntur: quarum ambiguitatem, quantum propositi ratio exigit, *cap. II.* evolvemus.

II. Hoc vero loco de eo saltem sollicitos esse oportet, quo sensu vocabulorum horum conjunctio, & *Juris Feudalis* appellatio veniat. Ubi quidem paucissimis ita rem posse concipi arbitror, si dicamus, quintuplici modo haec verba accipi. Namque (I.) significant *Legem Feudalem*, seu normam actionum moralium circa feuda: & quidem in-

Juris Feudalis appellatio quotuplici modo veniat.

1.) Pro Legge.

A

terdum